Formulæ Interimiſticæ A. 1648. ſubſcripſerit, eamq́ue, approbando, ſeptem Sacramenta pluresq́; Pontificiorum doctrinas non improbaverit. Sed non majori candore hic agunt. Falſum enim eſt, quod unquam Sphingem illam Auguſtanã amplexus fuerit. Audi ipſum, non approbantem ſed deteſtantem illam, imò imprecantem ejus Autoribus *in Explicat. Evangelior. Dominical. part. ult. pag.* 539. Man ſehe itzt das *Interim* an/ welche grauſame *turbationes* es hat angerichtet. *Væ illis, qui ſunt Autores illius conſilii: quia non ſanat priores, imò facit novas turbas & diſtractiones.* Es iſt *fatale malum; Deus punit multa peccata.* Tametſi verò, quod non negamus nec diſſimulamus, in aliis titubavit,